# Liber primus

## Metrum quartum primi libri.

Quisquis cōposito serenus euo Hic incipit quartū metrū huius primi qd vocatur metrū valenticū ab inuētore. et cōstat ex spondeo. dactilo et tribus trocheis. Unde potest dici metrum trochaicum a pede predominante. In hoc metro philosophia ostendit qualiter homo debeat se habere vt psecutiōes improborū non pualeant contra ipsum. et hoc primo declarat quibusdā silibus. scdo exclamat contra timētes tyrannos. scda ibi. Quid tantū miseri Dicit primo Quicūq homo serenus. i. clarus virtute. cōposito euo. i. ordinata vita egit. i. calcauit sub pedibus superbū fatū. i. euentū rerum temporaliū. et quicunq tuens. i. respiciens. vtrāq fortunam. i. psperā et aduersam. rectus. i. nō flexus potuit tenere vultū. i. animū inuictū ita q nō vincat psperitate se extollēdo nec aduersitate deprimendo. illum hominem non mouebit. i. turbabit. rabies ponti. i. inundatio maris. agitantis. i. mouentis. funditus. i. a fundo. estū versum. i. ebulitionem versam. quia in ebulitione maris aqua vertitur per fluxū et refluxū. quasi dicat. Impetus maris faciens ebulitionem nō nocebit illi homini qui nō extollitur in psperis. nec deprimitur in aduersis. nec tali homini nocebit ignis veseui mōtis. quotiens ille mons torquet. i. emittet. ignes fumificos ruptis caminis. i. cauernis suis. quasi dicat. nec tali homini nocebit vagus veseuus suis ignibus. nec illum hominem mouebit via ardentis fulminis. soliti. i. cōsueti. ferire celsas turres. ¶ Nota philosophia tria tangit que nō nocent homini qui constans est in vtraq fortuna. ¶ Primū est rabies maris per quam designātur luxuriosi. sicut enim mare sole et motu suo incalescit et fetet. sic luxuriosi cōcupiscentia sua inardescūt et peracta libidine fetent. de quibus dicit scriptura. Perierunt iumēta in stercore suo. tales luxuriosi nō nocebūt homini constanti in vtraq fortuna. ¶ Scdm q tangit est ignis veseui mōtis. per quem designant auari et inuidi. Sicut enim ignis veseui mōtis semper ardet. ita auari ardent in cōcupiscentiā bonorū exteriorū. et sicut ignis eructuans quoq consumit loca vicina

## Metrum quartū primi libri

Quisquis cōposito serenus euo
Fatū sub pedibus egit superbū
Fortunamq tuens vtranq rectus
Inuictum potuit tenere vultum
Non illum rabies mineq ponti
Versum funditus agitantis estum
Nec ruptis quotiens vagus caminis
Torquet fumificos veseuus ignes
Aut celsas soliti ferire turres
Ardentis via fulminis mouebit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-110/0052
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG